

13 Non potest. V. C. penitus non debet. 14 Clericatu. V. C. in Clerum.

XII. Item ex Concilio Martini Papae I. [c. an. 572. in Hispania.] De eodem.

Si laici uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium Ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post Ordinationem alius Clerici, uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit.

GRATIAN. Præmissis autoritatibus bigami, & qui virgines non sunt fortiti uxores, a sacris Ordinibus prohibentur. Sed quaritur, si quis ante Baptisma viduam duxerit uxorem, an propterea sit prohibendus a sacris Ordinibus. De his ita scribit

XIII. INNOCENTIUS PAPA Victorio Rotomag. Episcopo, Epist. 2. c. 5. [an. 404. Romæ in Galliam.]

Qui ante Baptisma, seu post Baptisma viduam duxit uxorem, non admittatur ad Clerum.

Si quis viduam (licet Laicus) duxerit uxorem, si ante Baptisma, siue post Baptisma, non admittatur ad Clerum: quia eodem vitio videtur exclusus. In Baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur. Et infra. §. 1. Quod si non putatur uxor esse computanda, quæ ante Baptisma ducta est, ergo nec filii, qui ante Baptisma geniti sunt, pro filiis habeantur.

GRATIAN. Prohibentur etiam Bigami à quolibet ordine Clericatus, iuxta illud

XIV. AMBROSII, Epist. 82. ad Vercellensem Ecclesiam. [c. an. 396. Mediolani in Liguriam.]

Qui secunda conjugia fortitur, Clericus non fiat. Orogocamus, non solum hoc de Episcopo, & Presbytero Apostolum statuisse; sed etiam Patres in Concilio Nicæni tractatu addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia fortitur sit.

GRATIAN. Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, Clerici fieri non possunt. Unde legitur

XV. IN CANONIBUS Apostolorum, c. 18. [c. an. 281. in Syria.]

Spei publicis mancipatam, vel ejectionem, vel ancillam ducens uxorem, Diaconus non fiat. Si quis viduam, aut ejectionem acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur: non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deservunt.

GRATIAN. Quæ autem sit vidua, quæ ejectionem, vel meretrix ostendit dicens

XVI. HIERONYMUS Epist. 128. ad Fabiolam de veste Sacerdotali. [c. an. 400. in Palestina in Italiam.]

Quæ sit vidua, vel ejectionem, vel meretrix. Vidua est: cuius maritus est mortuus: Ejecta est, quæ à marito vivente projicitur: Meretrix, quæ multorum libidini patet.

GRATIAN. Sed postea temporum defectu condescendens in minoribus Ordinibus eos constitui permittit, non regulam præfigendo, dicens

XVII. MARTINUS PAPA I. [c. an. 572. in Hispania.]

Inter Lectores, vel Officiarios deputetur Subdiaconus secundam ducens uxorem. Si Subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter Lectores vel Officiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

GRATIAN. Necessitate tamen exigente Bigamus usque ad Subdiaconatum potest promoveri. Unde ait

XVIII. MARTINUS PAPA II. [c. an. 572. in Hispania.]

Viduam ducens uxorem, Subdiaconus, si necessitas exigat, fieri potest. Ector, si viduam alterius, uxorem acceperit, in Lectoratu permaneat; aut si forte necessitas sit, Subdiaconus fiat; nihil autem supra. Similiter, & si Bigamus fuerit.

QUIBUS autem propria conjugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conviviis interesse. Unde legitur

XIX. IN AGATHENSI CONCILIO, c. 39. [an. 506. in Gallia.]

Nuptiarum conviviis Presbyteri interesse non debent. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia; nec his cotibus miscantur, ubi amatoria cantantur, & turpia; aut obsceni motus corporum choreis, & saltationibus offerantur; ne auditus, aut obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

GRATIAN. Corruptio licentia non est. In codicibus impressis legebatur, licentia modo non est. Expuncta est dictio, modo, quæ neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Ivone, Concilio Venetico, c. 11. (ubi hoc idem repetitur) habetur. Ac Presbyteris quidem nunquam, ne apud Græcos quidem, licuit ducere uxores.

PITH. Diaconi. V. C. Diaconos vel Subdiaconos. Chores. 2. C. V. choris. Aut obtutus. 3. V. C. &

VIDUA verò intelligenda est, si post solenne sœdus nuptiarum, morte interveniente, à viro suo divisa fuerit. Ceterum, si antequam conveniant, fatali necessitate ab alterutro divisi fuerint; licet ex sponsalibus uxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propriam sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex ejus copula à sacris Ordinibus aliquis prohibetur. Unde scribit

PITH. Vidua verò cap. debitum extr. de Bigam. Aliter in Orientali Ecclesia obtinuisse patet. Vide jus Orient. lib. 2. p. 126. & nov. Alexii comment. apud Balsam. p. 256. Scribit. Marcello Episcopo Atoniensi; & ita citatur ab Ivone.

XX. PELAGIUS PAPA. [c. an. 557. Romæ.]

Qui cum alio velatum, non tamen illi nuptiam, uxorem duxit. Sacerdos fieri non prohibetur.

Valentino Clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem ejus, cum quo velata erat sponsa, conjugata est copula sociata, quia iterum velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum; quia nihil est quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de Canonibus obviet infitutus.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT SOBRII. DISTINCTIO XXXV.

Quibus Ordinibus Bigami prohibentur, & utrum reputetur Bigami, qui ante Baptisma habuerunt unam, & post Baptisma alteram, & an liceat fortiri uxores in sacris Ordinibus constitutis, multorum autoritatibus breviter monstratum est. §. 1. Sequitur autem in descriptione illa Apostolica, ut sit sobrius, qui ordinandus est, non vinolentus: quod ex autoritate veteris Testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum, & fœceram bibere, ne ebrietate graventur corda eorum, & ut sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quia venter mero actuans facile desumpat in libidinem. Unde Noë in ebrietate nudavit femora: Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. §. 2. Quod tamen vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi. Hinc etiam legitur

I. IN CANONIBUS Apostolorum c. 41. & 42. [c. an. 281. in Syria.]

Diaconus, Presbyter, & Episcopus ebrietati, & aleæ deservientes, nisi deserviant, deponantur. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ, atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnetur. Subdiaconus, aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam Laicus.

II. Item HIERONYMUS lib. 1. contra Jovinianum. [an. 390. in Palestina.]

Esu carnium, & vini potu, post diluvium concessus legitur, post Christi adventum inhibitus.

Ab exordio conditionis humane nec carnibus vescemur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum. Hoc cursu ad diluvium usque pervenimus. Post diluvium autem cum datione Legis, quam implere nullus potuit, carnes ingesta sunt ad vescendum, & repudia concessa duritia, & cultellus Circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creaverit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & revolvit ad, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittit, nec circumcidimus, nec comedimus carnes, dicente Apostolo. Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere. Et vinum enim cum carnibus post diluvium dedicatum est.

III. IDEM

III. IDEM HIERONYMUS lib. 2. contra Jovinianum. [an. 390. in Palestina.]

Alienum est à sapiente potationibus & ebrietatibus vacare. Uxuriola res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

IV. IDEM in Michæam ad c. 2. [c. an. 487. in Palestina.]

Ignominiosum est Sacerdoti assidue deliciis, epulis, atque lasciviis.

Ecclesiæ Principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas, atque lascivias pudicitiam servare se credunt, Prophetice sermo describitur, quod ejiendi sint de spatiois domibus, lautique conviviis, & multo labore epulis conquisitis, & ejiendi propter malas cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quod ejiendi sunt; Evangelium lege: in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fetus, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Jesum crucifixum, magistrum pauperem, atque esurientem, fartis predicare corporibus? sejuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco fumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

V. Item IDEM ad Oceanum, Epist. 83. [an. 390. in Palestina in Italiam.]

De eodem. P A L E A. Venter mero actuans citò desumpat in libidines. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

VI. IDEM ad Nepotianum, de vita Clericorum. [c. an. 394. in Palestina in Italiam.]

De eodem. P A L E A. Vinolentus Sacerdotem & Apostolum damnat, & vetus Lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum, & fœceram bibere, ne in servitium oriuntur.

Alterio deservit. Levit. 10. §. 1. Similiter qui seipsum abdicant. Corruptio licentia non est. In Epistola ad Eustochium sic habetur: Hoc primum monico, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno, & paulo post: vinum, & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

VII. Item PROSPER de vita contemplativa, lib. 2. c. 22. [c. an. 334. in Gallia.] De eodem. Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

VIII. Item AMBROSIIUS in libro de Elia, & Jejunio, c. 4. & 5. [c. an. 390. Mediolani.]

In Paradiso abstinentia, post Paradisum edendi lascivia incipit. Sexto die bestie sunt create, & cum bestiis orta edendi potestas est, & usus escarum. Ubi cibis cepit, ibi finis factus est mundi: ibi cœpit sua incrementa necesse, ubi cœperunt Divina opera circa eum ferri. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet immuni, per quos delicti augeri. §. 1. Et ut sciamus non esse novum jejunium, primam illic Legem constituit de jejunio. §. 2. Ed usque nemo prævaricari noverat, ut adhuc orta non esset, quæ prima est prævaricatio. Inductum jejunium, abstinentiæ Lex à Domino Deo; prævaricatio Legis à Diabolo: culpa per cibum, latebra post cibum: cognitio infortitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio. §. 3. Sæpens gula perit, Dominus jejunare decernit. Itaque gula de Paradiso regnantem expulit; abstinentia ad Paradisum revocavit errantem. §. 4. In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noë vineam plantavit: delicti naturam, sed ignoravit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit autori. §. 5. Sed illis ebrietas nobis fuerit sobrietatem. Semel enim inebriatus sum ad remedium temperavit, non effudit ad vitium. §. 6. Manebat, antequam vinum inveniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia servituti exigere. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. Obreperat quidem jam fraterna prelationis invidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reverentia. Læta pietas est, dum ridetur ebrietas. Non illis amplius solis nocent vina, quos tentant, sed & illis amplius, quorum oculis temulentia ebriorum membra nudantur. §. 7. Legimus etiam quod patrem Loth inebriaverit filia in monte, ad quem timentes incendium Sodomitum confugerant, & habitabant in spelunca. §. 8. Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessima regenerationis partus deterior. §. 9. At non Abraham vina in suo convivio ministrabat; sed immolabat vitulum: bu-

tyrum, & lac, etiam Angelis hospitibus exhibebat. Cœli Dominum, mundi agnoscebat autorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed rectè illic deerat materia peccati, ubi erat remissio peccatorum. Denique annuntiavit eum Joannes non manducans panem, neque bibens vinum. Qui enim Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentivo præfata se debet alienum.

IX. Item ex Concilio Agathensi, c. 41. [an. 506. in Gallia.]

Triginta diebus à Communione abstinere Clericus, quem ebrium fuisse confiterit.

Ante omnia Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutritrix est. Itaque cum, quem ebrium fuisse confiterit, (ut ordo patitur) aut triginta dierum spatium à Communione statuiamus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

PITH. Aut corporali, &c.] Hæc desunt in uno V. C. in aliis 2. habentur.

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI SINT PRUDENTES. DISTINCTIO XXXVI.

Portet etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra exultantiam, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam Sacerdotum. Prudentem autem Episcopum oportet intelligi non solum literarum peritiâ, verum etiam secularium negotiorum dispositione. Unde in Epistola

I. GELASII PAPAE I. ad Episcopos per Lucaniam, c. 18. & 19. [an. 494. Romæ in Lucaniam.]

Illiterati, & corpore vitiosi non promoveantur ad Clerum.

Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiosos, vel a minutis nullus præsumat ad Clericatus ordinem promoveri; quia literis carens, sacris non potest esse aptus officii: & vitiosum nihil Deo profus offerri Legalia præcepta sanxerunt. §. 1. Similiter qui seipsum abdicant. Corruptio licentia non est. In Epistola ad Eustochium sic habetur: Hoc primum monico, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno, & paulo post: vinum, & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

II. Item ZOSIMUS PAPA Epist. ad Ilichium Episcopum Salonitanum. [an. 418. Romæ in Dalmatiam.]

Ad summum Sacerdotium non aspirat, qui Divinis stipendiis, vel disciplinis non est eruditus.

Qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione Divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habetur, verum etiam Ordinatores ejus carcant eo Ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

Eccæ quod sacrarum literarum oportet Episcopum habere peritiam: unde in veteri Testamento inter cetera ornamenta Pontifex Rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. §. 1. Hinc etiam vestes, quibus Arca portabatur, jugiter annulis erant inserti, ut cum Arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vestibus: quia Predicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris literis semper debent insistere; ne tunc quantam discere, cum ex officio alios debeant docere. §. 2. Hinc etiam David prius ex gratia Spiritus Sancti domum scientiæ percepit, & postea administrationem Regni affecturus est. §. 3. Salomon quoque non Deo peccit, & imperavit. §. 4. Hinc etiam Dominus prius posuit verba sua in ore Prophetæ, & postea constituit eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitutus es super gentes, & super regna. §. 5. Hinc etiam Malachias ait: Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent de ore ejus; quia Angelus Domini exercituum est. §. 6. Hinc etiam Salvator noster prius in medio Doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea predicare coepit: quia prius quisque discere, & postea predicandi officium usurpare debet. §. 7. Hinc etiam Salomon prius ait, tempus tacendi; & postea: tempus loquendi; quia veritas prius tacendo dicitur, & postea loquendo predicatur. §. 8. Hinc idem Dominus ait: Qui audit, dicat; qui vidit, dicat. §. 9. Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum milit, dicens: Esote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & Scripturas explanavit, & postea dixit eis: Eant in mundum universum, &c. Unde, cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes acci-

Math. 11.

Burch. 4. 14. c. 11. lvo, p. 13. c. 79.

GRATIAN. c. 1. Pars. c. 2. Gloss. ordinaria. c. 1. Tim. 3. c. 1. Al. dispensatione.

Burch. 1. 2. c. 180. p. 6. c. 37. & 75. Pann. 1. 3. c. 46. c. 46. c. 19.

Infra dist. 59. c. 1. Anf. 1. 6. c. 28. lvo, p. 5. c. 102.

GRATIAN. c. 6. Exod. 28. c. 1. c. 1. c. 1. c. 1. c. 1.

Exod. 25. c. 1. Reg. 3. c. 1. Reg. 3. c. 1.

Hier. 1. c. 1. Mal. 2. c. 1. Luc. 2. c. 1.

Eccl. 3. c. 1. Apoc. 12. c. 1. Math. 10. c. 1.

Marc. 16. c. 1. Math. 14. c. 1.